Пр IV Кр № 8 стр 482 5 1

ЦѢНА ДВА РУБЛИ

In Nomine Domini Amen. Ad sempiternam
rei memoriam Nos Sigismundus Augustus
Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lituaniae
Russiae Prussiae Samogitiae Masoviaeq etc dominus
et haeres Significamus tenore praesentium quibus
expedit universis et singulis quibus interest vel interesse
poterit praesentibus et futuris harum notitiam ha-
bituris. Quia cum exhibitum esset coram nobis per consu-
lem et consularem oppidi nostri Suraz in terra Podlacen et terri-
torio Bielscen magni ducatus nostri Lituaniae siti nomine univer-
sitatis eiusdem Oppidi huc ad nos speciali mandato missos, diploma
seu privilegium coram a maioribus nostris illi oppido concessum in pergameno
descriptum Sigilloq Ser^mi dmi memoriae Alexandri patrui nostri desideratis-
simi appenso communitum Supplicatumq nobis est ut quando quidem hoc
ipsum diploma paulo Superioribus diebus casu quodam fortuito nempe quod
damus illa in qua hoc ipsum cum scriniolo tum adservabatur vi tempestatis
et turbinis nudata parte tecti illius impetuq tandem imbrium tam crebrarum
perstillasset ob idq aquis aliquanta pars huiusce diplomatis fere in medio madi-
facta esset, unde et scriptura in locis quibusdam haud modice obscurata et con-
pollota videbatur ita tamen ut legi et descerni ad huc posset quare illud denuo
exscribi iuberemus aut benignitateq nostra clementer approbare et confirmare digna-
remur. Quod quum nos haud iniquum existimaremus, consideranq hoc
ipsum diploma memoratum esse salvum et omni prorsus suspicioni carere
illud denuo exscribi iussimus, quod quidem ad verbum in originale suo ita
habetur. In nomine Domini Amen. Et quia ea quae inter mortales sub tem-
pore fiunt negocia procedente etate in oblivionem venirent ad posterosq et Succeso-
res nulla gestorum notitia perveniret. Proinde regum et Principum alta consilia
invenerant ut huiusmodi negocia que sub eorum principatu regimine aguntur,
ut in notitiam posterorum deducantur literis et fideli testimonio perhenaare ad
perpetuam proinde rei memoriam Nos. Alexander Dei gratia magnus
Dux Lithvaniae nec non terrarum Samogitiae Russiae Kijoviae Etc. domi-
nus et haeres Significamus, tenore presentium quibus expedit universis, praesen-
tibus et futuris quomodo venientes ad praesentiam nostram circum specti proconsul
et consules civitatis nostrae Suraz nomine et commissione totius communitatis
nobis supplicaverunt, ut ipsis iura Privilegium Iuris Theutonici Magdeburgen
ipsis per Serenissimum principem et Dominum Kazimirum olim Regem Poloniae
et magnum Ducem Lithvaniae Etc. genitorem nostrum charissimum confirma-
remus. Nos volentes in robore et firmitudine literis genitoris nostri expressi habere
et conservare ad petitionem eorum licitatem gratiose annuentes Iura seu privile-
gia ipsorum huiusmodi confirmare et roborare volumus presentibusq roboramus con-
firmamus et approbamus quorum tenor de verbo ad verbum sequitur. In
nomine Domini Amen. Kazimirus Dei gratia magnus Dux Lithvaniae
Russiae etc. ad rei memoriam sempiternam Significamus per praesentes
universis et singulis tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam
habituris. Quomodo volentes civitatis nostra Suraz conditionem meliorem
fieri, et in multitudine populi felicia suscipere incrementa praefatae civitati
nostrae Suraz ac omnibus et singulis civibus incolis utriusq ritus videlicet
tam Sanctae Romanae, quam grece Ruthenorum cultoribus ipsam civitatem
inhabitantibus praesentibus et futuris. Quia dedimus contulimus et praesentibus
damus et conferimus Ius Theutonicum quod Magdeburgen dicitur ibidem perpe-
tuae duraturum in omnibus suis constitutionibus punctis Articulis et sententiis
prout aliis civitatibus nostris Vilnae Covnae Bresciae dedimus et contulimus et
prout Ius ipsum Theutonicum habet et requirit removentes in expressa civitate
Suraz omnia alia Iura modos et consuetudines universas quae ipsum Ius Theuto-
nicum Magdeburgen plerumq perturbare consueverunt. Eximimus ipsos primis

absolvimus et liberamus perpetuo omnes et singulos cives et incolas civita-
tis Suraż ab omni Jurisdictione et potestate omnium Ducatus Nostri
Lithuaniae et Russiae Palatinorum Capitaneorum Judicum et aliorum offici-
lium et a curia, in eadem Suraż et eius officialibus ita quod coram ipsis
aut coram eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis puta furti
Sanguinis, homicidij, incendij et membrorum mutilationis et quibusvis
alijs minime, respondere nec aliquas penas solvere teneantur Sed tan-
tum coram advocato ipsorum, et non aliter quam Jure Theutonico Mag-
deburgen. Advocatus autem coram nobis aut nostris Successoribus et hic
dum literis nostris citatus fuerit respondere teneantur Insuper expressos
cives civitatis Suraż eximimus et libertamus ab exactione tabernalium
alias kapia perpetue et in aevum harum quibus Sigillum nostrum prae-
sentibus est subappensum testimonio literarum Actum et Datum Merecz
feria quinta post festum exaltationis Sancte crucis Anno Domini
millesimo quadringentesimo quinto, praesentibus ibidem Illustri duce
Georgio Siemonowicz tenutario in Pinsko Mag[nifi]cisq[ue] strenuis nobilibus
Petraso Montigierdowicz terra Lithuaniae Marsalco generali Joanne Ga-
stolth Vilnen. et Joanne Mangowdowicz Trocen. Palatinis, Sienkone
Godigoldowicz Michaele Cancelario aliisq[ue] quam plurimis testibus fide
dignis Nos vero expressus Alexander Dei Gratia Magnus Dux
Lituaniae etc. nedum literas privilegii jam infertas genitoris nostri
charissimi roborare pro ut iam roboravimus Sed etiam expressam civi-
tate Suraż et ipsius incolas gratia et donatione nostra Speciali provide-
re et agere volentes, ad Supplicationem eorundem civium et ipsis quas-
dam Terras seu agros daremus quia paucos et fere nullos agros
haberent. Volentes itaq[ue] expressam civitatem dilatare et cives eam inhabi-
tantes redditus et tributa nostra solvere sufficerent. Sed quia agri seu
terre serviles Służebne ciągle et tributariae vulgo Dziakelne dicte quo-
rundam hominum nostrorum alie vero desertate advenerant seu conti-
nuate sunt in sub civitatem expressam. Nos volentes civitati expresse
defectum providere, absq[ue] preiudicio hominum qui in eisdem terris resi-
derent commisimus et mandavimus Specialiter Mag[nifi]co Nicolao Mi-
kolaiewicz Subpincerne magni ducatus Lithuaniae et Capitaneo Biels-
cen. ut pro eisdem agris seu terris possessionalis commutationem red-
deret desertatos vero adiungeret, et quod omnes sic huiusmodi agros
circum equitavit et granicebus limitavet, pro expressa civitate expres-
sus vero Mag[nifi]cus Nicolaus Mikołaiewicz capitaneus expressus
Bielscen. secundum comissionem et mandatum nostrum agros seu ter-
ras pro civitate expressa circumequitavit vulgaliter obiechał limi-
tavit Incipiendo a fluvio Narew inferius directe per fluvium
Khruska et fluvio usq[ue] ad molendinum nostrum, a molendino vero
eodem fluvio Khruska in alium in fluvium Jasenowka ubi Khru-
ska advenit et sibi coniungitur Superius fluvium Jesioniowka et
ibi Signatia facta Sunt in arbore Brzeszh et abistis Signati-
bus granicies transeunt ats Mokraglina usq[ue] ad campos elaboratos
et ab eodem loco directe per campos et mericas ats Dalerowo usq[ue]
ad extremum Sylvae Koliaczia dictum et sylvam istam preteriendo, et
ultimus limes directe per lutam iuxta Narew fluvium Superius civi-
tatem unde expressus Capitaneus noster huiusmodi limitationem ex man-
dato nostro factam, nobis inferius obtulit quam nos literis seu privi-
legio inferere mandavimus approbavimus et confirmavimus agros hu-
iusmodi et campos seu ut expressum est circum equitatos pro civitate expres-
sa

Suraz consignam inscribentes praesentibusq inscribimus habendum secundum pacifice et quiete possiden nunc et inperpetuum. De quibus agris et campis sic limitatis et per nos donatis expressi cives quilibet de parte sua agrorum per ipsum possessa et laborata decimam manipularem de omni grano plebano, Ecclesiae Parochialis in ibidem Solvere tenebuntur, tam Grece quam latinae Ecclesiae neminem excipiendo granicies vero et limites antiquos quos cum villa Pietrowo ex antiquo habuerunt et usq habent qui limites transeunt iuxta terras terrigenarum in nostrorum dictorum Smierdzigrochy et vadunt usq ad Gozowkam fluviolum et ab eodem fluviolo usq ad Narew fluvium in huiusmodi granicies et limites antiquos ipsis presentibus confirmamus. Item expressi oppidani coram nobis exposuerunt quomodo tempore Siccitatis et inundationis deffectus habent molendinorum Unde volentes tancto deffectui ipsorum subvenire ipsis admisimus et putibus admittimus molas manuales alias Zarna in domibus haben et eisdem molis molari sub tali tempore siccitatis vel inundationis. Tempore vero quo molendina sufficerent molare ipsis huiusmodi molas non admittimus excepta pauca molatione sicut pro grutmentis vel comodo insufficientibus et pauperibus hominibus istud concedimus. Damus in super et admittimus expressis oppidanis Sylvas nostras et nemora liberas pro aedificiis et lignis absq quavis prohibitione Tenutarii nostri et sui officiales et Terrigenarum. ——————

——————

——————

Eximimus insuper expressos oppidanos a foralibus alias Targowego et homines de districtu alias z Ulosci exceptis forensibus hominibus et advenis qui Solvere tenebuntur Admisimus praeterea et praesentibus Admittimus expressis Oppidanis fluvium Narew liberum ad piscandum et faciendum obstacula alias Jazy et ut expressa civitas Suraz meliore ordine dirigatur Secundam —————— dispositionem Magdeburgen ordinavimus constituimus et pntibus ordinamus. Quod comunitas cum Advocato haereditario annis singulis tres consules eligant qui tres Consules cum comunitate simul quartum Proconsulem eligere debebunt et nos aliter qui consules post electionem nobis de obedientia servanda et iustitia pauperi et divitio praestando totiens quotiens eos eligi contigerit iuramentum praestare tenebuntur Item ordinavimus et ordinamus quod poenae iudicatae alias potoczne nihil amplius nisi decem Solidi recipiantur, qui faciunt sedecim ternarios. Testimonialis vero alias pamiętnego quatuor solidi et non amplius, Item consvetudinem Kunicza dictum quae recipiebatur quando partes inter se in iuriate amicabiliter componeret absq iuris facto quam nos consvetudinem et alias Ruthenicas penitus anihilamus decernimusq quod omnino non accipiantur Iudex iuratus iudicium bannire debebit in duabus septimanis excepto iudicio necessario officialis vero cum consulibus praeter expositum iudicium bannitum nihil iudicare debebunt, nec aliquas decernere penas solum bannito seu exposito iudicio. In quorum omnium evidentius testimonium Sigillum nostrum praesentibus est subappensum Actum et Dat in Grodno feria Sexta post festum Sancti Bartholomei proxima Anno Domini Millesimo quingentesimo

primo. praesentibus ibidem Reven Magtis et generosis Domino
Alberto Episcopo Alexandro Juriewicz Castelano Vilnen et Capitaneo
Groden Joanne de Zabrzezie Palatino Tracen et Marschalco Su-
premo magni Ducatus Lithvaniae Nicolao Mikolaiewicz
subpincerna magni Ducatus Lituaniae et capitaneo Bielscen
Janusio Alexandrowicz incisore nostro et tenutario Stamnicen
Michaele Duco Ilinen Marsalco curiae nostrae, Petro Olechno-
wicz magistro coquinae nostrae Nicolao Gingitowicz magistri
coquinae Ducis nostrae et aliis quam plurimus fide dignis per
manus honorabilis Stanislai Veneli Notarij nostri, qui praesen-
tia habuit in commissis In super etiam Nos Sigismundus
Augustus praefatus eorundem oppidanorum Supplicatioq,
clementer annuen, hoc ipsum sic modo descriptum privilegium
seu diploma et omnia et Singulaq in eo contenta uti iusta et
legitima approban et confirman duximus, approbamusq, et confir
mamus per praesentes, Decernen omnia et Singula in eo con-
tenta robur debite, et Sempiterne firmitatis obtinere debere. Ha-
rum testimonio literarum quibus Sigillum nostrum est subappensum
quibus et manu nostra subscripsimus Actum et Dat. Cracoviae
subbato ante ferias Dmc Mariae Magdalenae, quae erat vigesima
Mensis Julii Anno a natali Domini Servatoris Millesimo
quingentesimo quadragesimo nono praesentibus Reveren in Christo patre
nostro Valeriano designato et confirmato Episcopo Luceoren Illri et Ma-
gnifico Nicolao Radziwił Supremo Marsalco magni ducatus Lituaniae
Capitaneo Brzesten et tenutario in Szawle ac duce de Olika et Nie-
świez Et venerabili ac generoso Petro Arciechowski praeposito
Stebnicen Floriani Zebrzydowski Referendariis curiae nostrae ac tenenti
Pollanen et Secretariis Nris et ceteris quam plurimis officiariis
et aulicis curie Nre fidedignis testibus circa praemissa. Sigismun-
dus Augustus R. P. (L. S.)